

TRACTATUS VII

DE FALLACIIS

7.I.

⟨Capitulum primum⟩

⟨De quibusdam communibus praemittendis⟩

7.I.I.

⟨De elencho vero et elencho sophistico⟩

(1) De sophisticis autem elenchis et de fallaciis per eos fieri innatis  
intendentes, primo de eis quaedam communia praemitemus. Di-  
camus ergo quod elenchus est syllogismus probativus conclusionis  
contradictoriae positioni respondentis. (2) Elenchus autem sophi-  
5 sticus est oratio quae apparet esse elenchus et non est elenchus. (3)  
Causa enim apparentiae in elencho sophistico est illud in quo con-  
venit cum vero elencho; (4) et causa non existentiae sive defectus  
est omissio alicuius condicionis requisitae ad verum elenchum.

Iste septimus tractatus huius operis est de fallaciis quae fiunt nobis per  
10 argumentationes sophisticas. Quem dividam in sex capitula. Primum erit

7.I.I.: *E* 78<sup>rb</sup>, *T* 59<sup>rb</sup>, *V* 75<sup>ra</sup>, *B* 72<sup>ra</sup>, *K* 120<sup>rb</sup>, *G* 56<sup>va</sup>

3-4 probativus conclusionis ... positioni respondentis] *EVB*: probativus conclu-  
sionis contradic? positi ad a respondente *T*: probans conclusiones contradictoriae  
propositioni correspondentes *K*: probans conclusiones contradictoriae proportio-  
nis *G* 5 elenchus] *ETVB*: om. *KG* || elenchus] *TVB*: om. *EKG* 6 illud]  
*EVBK*: om. *T*: idem *G* 7 defectus] *ETVKG*: deceptionis *B*<sup>c</sup>: receptionis *B*  
9 iste septimus ... huius operis] *TVG*: iste octavus huius operis tractatus *E*: iste est  
tractatus septimus huius operis et *B*: iste est septimus tractatus huius operis et *K*  
10 sex] *EVBKG*: quinque *T*

*Summulae, De fallaciis*

de quibusdam communibus praemittendis; secundum erit de distinctione et numeratione fallaciarum; tertium de fallaciis in dictione in speciali; quartum de fallaciis extra dictionem; quintum de modis ducendi ad diversas metas; sextum de solutionibus argumentorum sophisticorum.

Primum capitulum habebit septem partes: prima describit elenchum 5  
verum et elenchum sophisticum; secunda describit artem sophisticam; ter-  
tia disputationem; quarta assignat genera disputationum; quinta describit  
metam; sexta assignat numerum metarum et septima describit fallaciam.  
Secunda incipit ibi 'Sophistica est'; tertia ibi 'Disputatio'; quarta ibi 'Sunt  
autem genera'; quinta ibi 'Meta'; sexta ibi 'Quinque sunt'; septima ibi 'Fal- 10  
lacia est'.

Prima pars continet quattuor clausulas. (1) Prima cum propositione  
intenti est descriptio elenchi. Fit autem elenchus ad redarguendum respon-  
dentem vel false opinantem. Non fit autem proprie redargutio nisi per  
argumentationem de necessitate concludentem et fidem facientem, licet 15  
aliquando aliter appareat fieri. Et argumentationum solus syllogismus de  
necessitate concludit gratia formae, sicut alias dictum est.<sup>1</sup> Ideo necesse  
est omnem proprie dictum elenchum esse syllogismum, non quemcumque,  
sed probativum conclusionis contradictoriae respondentis conclusioni; per

3 extra dictionem] *ETVB*: ex contradictione (!) *K*: ex argumentatione *G* || de  
modis ducendi] *ETVB*: de modis dicendi *T*: de medio ducendi *K*: ducendum *G*  
4 sextum de solutionibus argumentorum sophisticorum] *EVBKG*: *om. T* || solu-  
tionibus] *EVBK*: *def. T*: soloecismis (!) *G* 6 verum] *ET*: *om. VBKG* 7 disputa-  
tionem quarta assignat] *ETKG*: assignabit *V*: describit disputationem sophisti-  
cam quarta assignabit *B* || describit] describet *E* 8 assignat] *TKG*: assigna-  
bit *EV*: enumerabit *B* || describit] describet *E* 9 incipit] *ETVB*: *om. KG* ||  
sophistica est] *E*: *sophistica T*: *ars add. VKG*: *sophistria B* || disputatio] *ETG*:  
est actus *add. V*: est *add. BK* 10 meta] *ETKG*: in disputatione *add. VB* 13 fit  
autem elenchus] sic elenchus autem est *E* 14 proprie redargutio] *EVBG*: re-  
dargutio *T*: proprie redarguens *K* 16 appareat] *ETVB*: oporteret *K*: potest *G* ||  
argumentationum] *EVB*: de argumentationibus *T*: de numero argumentatorum *KG*  
19 probativum conclusionis] *ETVKG*: *om. B* || contradictoriae respondentis con-  
clusioni] *posui, confer 1<sup>3-4</sup>*: respondentis concludentis *EKG*: contradictoriae respon-  
denti conclusionem *T*: respondentis *V*: contrariae conclusionis respondentis con-  
cludentis *B*

1 Johannes Buridanus, *Summulae; De syllogismis*, 5.1.3.

7.1. De quibusdam communibus praemittendis

quemcumque enim syllogismum nihil probantem contra respondentem non redargueretur respondens. Ideo manifestum est quod bene data est descriptio elenchi. Hic autem elenchum describimus, qui non est alia argumentatio quam syllogismus, non quia sophista solum utatur syllogismo (utitur enim  
5 omni argumentatione quae sibi proficere videtur ad videri obtinere contra respondentem), sed quia maxime appetit videri redarguere. Ideo maxime appetit videri facere elenchum.

(2) Secunda clausula describit elenchum sophisticum per apparentiam et non existentiam, quia idem designat 'sophisticum' et 'deceptorium'. Non  
10 enim decipimur nisi per falsam apparentiam, scilicet credendo apparentiae, cum tamen non sit sicut apparet.

(3 & 4) Tertia et quarta clausulae ostendunt, quae sunt causae apparendi elenchum et non existendi elenchum; et illae manifestabuntur post in speciali de unaquaque fallacia.

7.1.2.

⟨De arte sophistica⟩

15 Sophistica est ars qua opponens apparere potest vi argumentationis obtinere contra respondentem, licet non obtineat, et qua respondens potest opponenti resistere, ne videatur obtinere super ipsum et ne obtineat.

7.1.2: E 78<sup>va</sup>, T 59<sup>va</sup>, V 75<sup>rb</sup>, B 72<sup>rb</sup>, K 120<sup>va</sup>, G 56<sup>va</sup>

1 nihil probantem] EVG: probantem T: nihil probatur B: nihil probationem K  
3 elenchi] ETVB: syllogismi KG || describimus qui] ET: descripsimus qui VG:  
descripsimus quae B: descripsimus quia K 5 videtur] ETBKG: aut valere add. V  
|| videri] ETBG: ad add. V: fidem K 6 appetit] ETVB: competit KG 7 appetit]  
ETVB: obtebet KG 9 designat] E: significat TBKG: om. V 10 enim decipimur]  
E: decipimus T: decipimur hic V: decipimur BKG || falsam apparentiam] EV:  
falsam opinionem T: aliquam apparentiam B: fallaciae apparentiam KG 12  
clausulae ostendunt] TVB: clausula ostendit EKG || causae] TVB: apparentiae  
add. EKG 13 elenchum] EVBKG: et quae sunt causae defectus add. T ||  
post] EVB: om. T: postea KG 14 speciali de] EVKG: om. T: speciali in B  
17 respondens potest opponenti] ETBKG: opponens potest respondens potest  
respectu? opponenti V || super] supra E

*Summulae, De fallaciis*

Haec secunda pars describit artem sophisticam, secundum quam fiunt disputationes artificialiter per sophisticas argumentationes, per quas nec scientia habetur nec opinio generatur. Ideo per sophisticam disputationem sophistae non intendunt esse vel fieri sapientes, sed intendunt videri esse sapientes. De eis autem dicit Aristoteles quod quibusdam magis operae pretium 5 est videri esse sapientes et non esse quam esse et non videri.<sup>2</sup> Videntur autem sapientes qui videntur facere opera sapientis, licet non faciant.

Sunt autem, prout spectat ad propositum, opera duo sapientis, ut dicit Aristoteles: non mentiri et mentientem manifestare posse.<sup>3</sup> Non mentiri, idest non ponere positionem falsam, sed veram, et illam veritatem posse 10 contra opponentem sustinere solvendo oppositiones eorum. Et mentientem posse manifestare, idest falsam positionem posse reprobare demonstrando oppositam veritatem.

Secundum ergo primum opus respondens per artem sophisticam videtur esse sapiens, si sic appareat solvere rationes opponentis quod ille non 15 videatur obtinere contra eum. Sed in secundo opere opponens per artem sophisticam videtur esse sapiens, si per suas argumentationes sophisticas subtiles appareat obtinere contra respondentem non potentem solvere illas argumentationes. Sic enim videtur ostendere quod respondens dedit falsam 20 positionem.

1 artem] *E<sup>s</sup>BK: om. ETVG* 1-2 disputationes artificialiter] *ETV: argumentationes vel disputationes artificiales B: argumentationes artificialiter KG* 3 generatur ideo] *ETVK: ergo? cuius B: generatur argument ideo G* 5-6 operae pretium est] *TV: proprium est EG: opere est B: proprium K* 6 et non esse] *ETKG: om. VB* 7 sapientis] *ETVB: sapientum KG* || licet non faciant] *E<sup>ms</sup>TVKG: om. E: licet non faciunt B* 8 duo] *E<sup>s</sup>B: om. ETVKG* 9 manifestare] *ETVBG: redarguere K* 10 idest non ponere positionem] *V: id non est ponere positionem E: idest ponere positionem non TKG: idest non ponere propositionem B* 10-11 posse contra opponentem sustinere] *EG: sustinere contra opponentes T: posse sustinere contra opponentes V: posse sustineri contra opponentes B: posse contra opponentem sustineri K* 11 oppositiones eorum] *E: rationes eorum T: opiniones eorum VBG: opiniones K* 14 primum] *T: om. EVBKG* 15 si sic] *EVBG: si T: sicut K* || opponens] *ETVB: oppositas KG* 16 videatur] *EB: videtur T: videantur VG: videntur K* || secundo] *T: primo EVBKG* 17 videtur] dicitur *E* 17-18 sophisticas subtiles] *ETVB: utilis (!) K: subtiles G* 19 ostendere] *ETVBG: obtinere K*

2 Aristoteles, *De sophisticis elenchis*, I, 165a20-21.

3 *Ibid.*, 165a24-27.

7.1. De quibusdam communibus praemittendis

Apparet ergo quod convenienter describitur sophistica per haec duo opera quibus ipsa sapientiae assimilatur et per ipsam sophista sapienti; propter quod dicit Aristoteles sophisticam esse apparentem sapientiam et non existentem.<sup>4</sup>

5 Sed dubitatur utrum sophistica debet vere et proprie dici ars, sicut positum est in supradicta descriptione. Videtur enim quod non, quia sophistica est deceptorica et qua contingit falsum dicere et concludere; ars autem et prudentia, scientia, intellectus, et sapientia non sunt deceptoricae, sed sunt virtutes intellectuales, quibus non contingit falsum dicere, ut dicitur sexto  
10 *Ethicorum*.<sup>5</sup>

Et respondeo quod si per ‘sophisticam’ velis intellegere habitum assensivum<sup>6</sup> per argumentationes sophisticas acquisitum de conclusionibus earum, putando quod illae sunt verae argumentationes propter nescire solvere eas, ille habitus sine dubio nec est ars, nec prudentia, nec intellectus,  
15 nec scientia, nec sapientia, sed est habitus erroneus alicui dictarum virtutum intellectualium contrarius. Sed si per ‘sophisticam’ intellegamus habitum secundum quem apti et prompti sumus circa omnem materiam componere subtiliter argumentationes sophisticas et eas etiam dissolvere, ille habitus sine dubio est ars pulchra et multum utilis. Primo quidem sapientibus aut  
20 sapientiam desiderantibus ne in his argumentationibus involuti impedian-  
tur a speculatione veritatis, nam, ut dicit Aristoteles: “Artifices et omnino scientes his argumentationibus aliquando ab insciis arguuntur.”<sup>7</sup> Secundo

1 haec] *EBKG*: sua *TV* 2 sapienti] *EBG*: assimilatur *add. TV*: videtur sapiens *K*  
3 sapientiam] *VBG*: scientiam *ETK* 5 debet] *ETB*: debeat *VKG* 6 supradicta]  
*E*: eius dispositione seu *T*: eius supra posita *VB*: eius praedicta *KG* 7 autem  
et] *om. E* 8 sed] *ETVB*: hae *add. KG* 11–12 assensivum] assentiativum *E*  
13 illae] verae *sed del. E* 14 nec intellectus] *T*: *om. EVBKG* 16–17 secundum]  
*EBKG*: per *TV* 19 pulchra] *ETVB*: et valde *praem. K*: valde *praem. G* ||  
utilis] *TVKG*: usus *E*: subtilis et utilis *B* || aut] *ETV*: et *BKG* 20 ne in his]  
*V*: ne his *ETB*: his *KG* || involuti] *ETVB*: involutis *KG* 22 aliquando ab  
insciis arguuntur] *T*: aliquando etiam esse ab insciis arguuntur *E*: etiam aliquando  
arguuntur *V*: ignorantibus aliquando etiam redarguentur *B*: ab insciis idest ab  
ignorantibus *KG*

4 *Ibid.*, 165a21–23.

5 *Cf.* Aristoteles, *Ethica Nicomachea*, vi, 2.

6 subscriptum *E* 78<sup>va</sup>: disputans temptat doctrinat litigat affert.

7 Aristoteles, *De sophisticis elenchis*, 6, 168b6–7. (“... artifices et omnino scientes ab insciis arguuntur.”)

*Summulae, De fallaciis*

etiam utilis est insipientibus, gloriam tamen ex apparente sapientia quaerentibus; per hanc enim apparent sapientes, cum non sint. Haec enim ars non est sapientia, sed pars quaedam logicae. Sed apparet esse sapientia, quia similitudinem quandam habet cum sapientia, quae est prima philosophia, scilicet metaphysica, in hoc quod ambae intromittunt se de omnibus 5 terminis omnium scientiarum, sed metaphysica per veras demonstrationes et ars sophistica usualiter per sophisticas argumentationes, sicut loquitur Philosophus quarto *Metaphysicae*, dicens: “Dialectica namque et sophistica eandem subinduunt figuram philosopho, nam circa idem genus versantur,”<sup>8</sup> scilicet circa ens in sua tota communitate et sophistica et dialectica cum philosophia, sed differunt etiam; sophistica ergo in quantum docet argumentationes sophisticas componere et dissolvere neminem decipit, nec per ipsam contingit falsum dicere; in quantum autem utitur artificio suo, ipsa est apta nata et potens decipere etiam sapientes si non fuerunt in hac arte imbuti. 10

7.1.3.

⟨De disputatione⟩

Disputatio est actus argumentativus unius ad alterum ad finem 15 argumentationis obtinendum.

7.1.3: *E* 78<sup>vb</sup>, *T* 59<sup>vb</sup>, *V* 75<sup>va</sup>, *B* 72<sup>vb</sup>, *K* 121<sup>ra</sup>, *G* 56<sup>vb</sup>

1-2 gloriam tamen ... sapientia quaerentibus] *TB*: cum apparente sapientia *E*: gloriam gloriam tamen ex apparente scientia quaerentibus *VG*: gloriantibus tamen ex apparenti sapientia *K* 2 per hanc] *TVBK*: per hoc *E*: hanc *G* || sint] *TVKG*: sapientes *add. EB* 5 quod] quia *E* 5-6 omnibus terminis] *ETVB*: terminis et dictionibus *KG* 7 usualiter] *om. E* || sicut] *EBKG*: et sic *T*: sic *V* 8 namque] *EBKG*: autem *TV* 9 subinduunt] *TVKG*: induunt *EB* || philosopho] *V*: philosophiae prime *T*: *om. E*: philosophiae *BKG* 10 cum] *EBKG*: non *T*: et *V* 11 sed differunt etiam] *ET*: sed differunt circa *V*: communiunt sed differunt *B*: *om. KG* || ergo] vero *E* 12 per] *om. TVBKG* 13-14 est apta nata et potens] *E*: innata et potens *T*: est nata et potens *V*: est nata et potest *B*: est apta nata *KG* 14 etiam sapientes si] *EVB*: sapientes si *T*: quae *K*: etiam sapientes quae *G* || imbuti] *E*: sufficienter periti *T*: periti *VBKG* 15 argumentativus] *ETVG*: syllogisticus vel argumentationis *B*: argumentationis *K* 16 argumentationis] *ETVKG*: disputationis *B*

8 Cf. Aristoteles, *Metaphysica*, IV, 3, 1004b17-26.

7.1. De quibusdam communibus praemittendis

Ista tertia pars describit disputationem, quam maxime exercent dialectici et sophistae. Et 'actus' ponitur in hac descriptione tamquam genus disputationis. Et cum dicitur 'argumentativus' tangitur instrumentum quo ille actus exercetur. Et cum dicitur 'unius ad alterum' tanguntur disputantes, quos oportet ad minus esse duos, scilicet opponentem et respondentem, vel doctorem et discipulum. Et dicitur 'ad finem argumentationis obtinendum', quia omne agens ab arte vel natura intendit certum finem.

7.1.4.

(De generibus disputationum)

(1) Sunt autem genera disputationum quattuor, scilicet: doctrinales, dialecticae, temptativae et litigiosae. (2) Doctrinales sunt ex uniuscuiusque disciplinae propriis principiis; (3) dialecticae sunt quae ex probabilibus collectivae sunt contradictionum; (4) temptativae sunt quae sunt ex his quae videntur respondenti et quae necessarium est scire eum qui simulat se habere scientiam; (5) litigiosae autem sive sophisticae sunt quae ex his quae videntur probabilis, et non sunt, syllogizant. Ita loquitur Aristoteles.<sup>9</sup>

In ista quarta parte enumerantur et describuntur genera disputationum in quinque clausulis.

7.1.4: E 78<sup>vb</sup>, T 59<sup>vb</sup>, V 75<sup>va</sup>, B 73<sup>ra</sup>, K 121<sup>rb</sup>, G 57<sup>ra</sup>

1 quam] EKG: quia TB: qua V || exercent] EKG: eam add. TVB 3 cum] tamen E || argumentativus] ETVBG: argumentationis K 6 argumentationis] ETVBG: argumenti K 8 scilicet] ET: om. VBKG 10 disciplinae] E<sup>st</sup>TVBG: om. EK 12 quae sunt] TVBG: om. E: quae videntur K 14 litigiosae autem sive] EG: litigiosae autem T: litigiosae vero seu VB: litigiosi autem K || quae] TBG: sunt add. E: om. V: qui K 15 et non sunt syllogizant] EKG: non sic autem syllogizant T: non autem sunt aut syllogizant aut V: non sunt autem syllogizant B || ita loquitur Aristoteles] om. E 16 in ista quarta parte enumerantur] ETVBG: ista quarta pars est seu in ista quarta parte enumerantur V: ista quarta pars enumerat K || describuntur] ETVBG: quattuor add. V: describit K || disputationum] ETVB: et dividitur add. KG

9 Cf. Aristoteles, *De sophisticis elenchis*, 2, 165a38–b8.

*Summulae, De fallaciis*

(1) Prima enim enumerat quattuor genera disputationum: quia omnis disputatio fit per argumentationem probativam, vel saltem apparenter probativam, et omnis talis argumentatio vel est demonstratio, et sic est disputatio doctrinalis, vel est argumentatio dialectica, et sic est disputatio dialectica, vel est argumentatio temptativa, et sic est disputatio temptativa, vel est argumentatio sophistica, et sic est disputatio sophistica, quam vocat Aristoteles 'litigiosam'.<sup>10</sup> Rhetorica autem argumentatio sub argumentatione dialectica continetur. Unde rhetorica et poetica quaedam partes dialecticae sunt, ut dicit Aristoteles,<sup>11</sup> ideo etiam disputatio rhetorica sub dialectica continetur. 10

Differunt autem ista genera disputationum secundum fines diversos quos disputantes intendunt. Doctrinalis enim ordinatur ad scientiam in discipulo faciendam de proposito, et hoc intendit uterque disputantium, scilicet tam doctor quam discipulus. Dialectica vero in speculativis, aut modo speculativo, ordinatur ad opinionem; uterque enim ordinatur ad opinionem acquirendam in proposito. Et accipiunt sibi partes contradictorias. Et debet uterque rationes ad partem suam, si habeant, probabiles adducere et rationes partis oppositae dissolvere, si solutiones etiam habeant probabiles, 15

1 quattuor] *ETVB: om. KG* 3 demonstratio] *EVBG: demonstrativa seu praem. T: demonstrativa K* 3-4 disputatio] argumentatio sive *praem. E* 4 sic] *VBKG: om. ET* 6-7 sophistica quam vocat Aristoteles litigiosam] litigiosa *E* 8 poetica] *ETBG: poetria VK* 9 sub dialectica] *ET: om. V: sub disputatione dialectica BKG* 11 autem] *EV: etiam TBKG* 13 faciendam de proposito] *TVBK: faciendam E: faciendam est in propositione G* 14-16 aut modo ... in proposito] *E: seu modo speculativo disputantes ordinatur ad opinionem uterque disputationum acquirendam de quaesito T: modo speculativo disputantes ordinantur ad opinionem utriusque disputationum acquirendam de quaesito V: aut modo speculativo disputantes ordinatur ad opinionem utroque disputationum acquirendi de quaesito B: aut ad modos speculativos ordinatur uterque enim ordinatur ad opinionem acquirendam de quaesito KG* 17 si habeant] *om. E* 18 partis oppositae] *ETG: factas oppositae V: partes oppositae B: alterius partis K* || etiam] *TVB: om. EKG*

10 *Ibid.*

11 [Dit is niet Aristotelisch; nog uitzoeken hoe dit wel zit] [Despite Buridan's reference to Aristotle here, poetics is not regarded part of dialectics by Aristotle.]



7.1. De quibusdam communibus praemittendis

non modo litigioso ad vincendum, sed ut concorditer illi parti assentiant ad quam viderunt ex disputatione rationes magis probabiles ac verificabiles et minus dissolubiles. Et si aliter faciant, intrant modum disputationis sophisticae; quod saepe contingit. Sunt tamen alii fines in rhetoricis disputationibus, de quibus in libro *Rhetoricae* determinandum est. Finis autem temptativae disputationis est sumere experientiam de scientia vel ignorantia respondentis. Finis autem sophisticae disputationis satis declaratus est in secunda parte huius capituli.

Disputationes sophisticas vocat Aristoteles ‘litigiosas’, ‘agonistas’, ‘decertativas’ et ‘rixativas’, propter similitudines earum ad disputationes rhetoricas in causa iudiciali. Sicut actor et reus intendunt ad contrarios fines, scilicet uterque ad proprium lucrum et alterius damnum, propter quod rixas ad invicem accipiunt et lites et controversias, sic etiam et sophisticè disputatores faciunt, quia in hoc contrarios fines intendunt, uterque ad exaltationem sui ipsius super alterum et alterius depressionem in hoc quod est videri esse sapientem.

1 non modo litigioso ad vincendum] *ETB*: modo non litigioso ad videndum *V*: non litigiosae vicendas *KG* || sed] *ETVB*: om. *KG* || concorditer] *ETVG*: conceditur *B*: concordēs *K* 2 viderunt] *EV*: viderint *TK*: videntur *B*: videbunt *G* 2-3 probabiles ac verificabiles *E*: verificabiles] *TV*: similes *B*: veri similes *KG* 3 dissolubiles] solubiles *E* || intrant] *ET*: subintrant *VBKG* 4-5 rhetoricis disputationibus] *EVBG*: rhetoricis *T*: rhetoricabus disputationibus *K* 5 de] in *E* 6 disputationis] *ETBG*: om. *VK* 7 declaratus est] *E*: declaratus fuit *TVBG*: declarata fuit *K* 9 agonistas] *TV*: argumentationes *E*: et agonizatas *B*: vel agonisantes *K*: vel agonisticas *G* 10 rixativas] *E*: corrixativas *TVBG*: correctivas *K* || similitudines] *ETKG*: similitudinem *VB* 11 sicut actor] *E*: sicut enim auctor *T*: sicut enim actor *VBG*: si quod enim actor *K* 11-12 intendunt ad contrarios fines scilicet] *E*: nituntur *T*: ad contrarios fines scilicet *V*: nituntur ad contrarios fines scilicet *BG*: utuntur ad contrarios fines scilicet *K* 12 damnum] *E*: damnificationem *TVBK*: damnificationes *G* 12-13 rixas ad invicem] *E*: rixas contra invicem *TG*: rixas contra se invicem et lites *V*: rixas sibi contra invicem *B*: rixantur contra et invicem et *K* 13-14 sic etiam et sophisticae disputatores] *E*: sic etiam et sophistae hoc *T*: sic etiam et sophistae disputatores hoc *V*: sic enim sophisticae disputatores hoc *B*: hoc est sophisticè disputantes hoc *K*: sic etiam et sophistae disputantes hoc *G* 14 in hoc] ad *TVBKG* || uterque ad] *EBG*: scilicet uterque *TV*: ad *K* 15 super alterum et] *ETVB*: ab *K*: et ad *G* || depressionem] *ETVBG*: depressione *K* 15-16 quod est videri esse] *ETVBG*: posse videri *K*

*Summulae, De fallaciis*

In aliis quattuor clausulis describuntur dicta quattuor genera disputationum per quasdam earum proprietates.

(2) Doctrinalium enim proprietas est procedere ex propriis principiis, quantum est possibile secundum materiam subiectam, eo quod illae utuntur demonstrationibus quantum possunt potioribus; demonstrationes autem potissimae sunt ex propriis, ut apparet primo *Posteriorum*.<sup>12</sup> 5

(3) Dialecticarum autem proprietas est ex probabilibus syllogizare ad utramque partem contradictionis, scilicet unus ad unam partem et alter ad alteram partem, sicut ante dictum est; quod non potest fieri in disputatione doctrinali sive demonstrativa. 10

(4) Temptativae autem proprietas est disputare de his quae respondententi videntur et de communibus. Primo quidem de communibus et quasi supponendis in arte vel scientia de qua temptatur, quia licet illa possunt sciri sine scientia specialium, tamen ipsis non scitis, non possunt sciri specialia; propter quod si respondens inveniatur hoc non scire, statim habetur experientia quod ignorat artem. Esto autem quod circa huiusmodi communia bene se habeat, transeundum est ad specialia, ut in eis sumatur experientia an habeant scientiam vel artem, sed non indifferenter ad quaecumque specialia transeundum est, sed ad talia quae videntur respondententi. Contingit enim saepe peritos in aliqua scientia vel arte non habere scientiam de qualibet speciali conclusione seu de ea promptam pre manibus memoriam. Cum 15 20

1-2 disputationum per quasdam] *ETBG*: disputationum propter quas *V*: disputationis per quasdam *K* 6 propriis] *ETB*: principiis *add. VKG* || apparet] *ETV*: patet *BKG* 8 unus] *VBKG*: unius *E*: unum *T* 8-9 partem et ... alteram partem] *KG*: partem alter ad alteram *E*: partem contradictionis et alterum ad alteram *T*: partem et alius ad alteram *V*: partem et alter ad aliam *B* 9 quod non potest fieri] *ETVBG*: *om. K* 11 temptativae] *ETVG*: temptativarum *B*: temptativa *K* 12 primo quidem de communibus] *EVKBG*: *om. T* 12-13 quasi supponendis] *VB*: communia supponendo *E*: quasi supponendum *T*: causis supponendis *KG* 13 possunt] *ETB*: possit *V*: posset *KG* 14 sine scientia specialium] *ET*: sine scientia universali *V*: speculabilem *B*: sine scientia *KG* 15 quod] hoc *E* 15-16 experientia] *ETVB*: cum *praem. KG* 16 esto autem quod] *EB*: si autem *T*: sciendum est autem quod *VKG* 17 est] *ETVB*: *om. KG* || eis] ea *E* || experientia] *om. E* 20 habere scientiam] *E*: habere *TVBG*: haberi *K* 20-21 qualibet] *ETVB*: quacumque *KG* 21 conclusione seu de ea] *E*: conclusione *TVBG*: vel conclusione *K*

12 Aristoteles, *Analytica posteriora*, I, 2, 71b22-23.

7.1. De quibusdam communibus praemittendis

ergo confessus fuerit respondens de aliquibus specialibus habere notitiam et  
 memoriam, videbitur an illa sciat ex propriis demonstrare et circumstantes  
 instantias remove et opposita dissolvere. Quod si scit, experientia habe-  
 bitur de eo quod sufficienter habeat illam artem vel scientiam. Potest autem  
 5 temptator convenienter se transferre de proposito in propositum, quia per-  
 fecta experientia requirit quod non solum in uno vel in paucis videatur ita  
 esse, sed quod in multis. Et ita videtur mihi quod disputatio temptativa sit  
 tamquam composita seu congregata ex dialectica et demonstrativa, scilicet  
 ex dialectica circa communia ad experiendum de ignorantia; et ex demon-  
 10 strativa circa propria ad experiendum de scientia. Sed Aristoteles videtur  
 sub dialectica magis reponere temptativam quam sub demonstrativa, quia  
 a communibus incipienda est temptatio.

(5) Proprietas autem sophisticae disputationis est ex apparenter proba-  
 bilibus, non tamen existentibus probabilibus, syllogizare, ut dicit Aristote-  
 15 les.<sup>13</sup> Sed videtur quod hoc indigeat expositione et directione. Saepius enim  
 argumentationes sophisticae praemissas probabiles aut forte necessarias et  
 manifestas accipiunt, sed non syllogizantes sunt; deficiunt enim plurimi a  
 syllogismis. Propter quod oportet illam apparentem probabilitatem et non  
 existentem non solum referre ad praemissas sophisticae argumentationis,  
 20 sed etiam ad consequentiam et ad contradictionem. Est ergo sophistica di-  
 sputatio ex praemissis vel consequentiis vel contradictione ad positionem  
 respondentis apparentibus veris aut probabilibus et non existentibus.

1 confessus] *ETBG*: se *praem.* *V*: conquestus (!) *K* 2 illa sciat] *EB*: sciat illam *T*:  
 illa sciret *V*: sciat *KG* 2-3 et circumstantes instantias] *ETBV*: illa circumscriptis  
 instantiis instantia *K*: illa et circumscriptis instantiis instantias *G* 3 si scit] *EVB*:  
 si sit *TG*: sic *K* 6-7 ita esse] *VBKG*: esse illa *E*: illa *T* 7 quod] *EBKG*: *om.* *TV*  
 8 tamquam] *E*: quasi *TKG*: *om.* *V*: quam *B* || seu congregata] *ETVB*: *om.* *KG*  
 11 reponere] ponere *E* 12 communibus] *ETVBG*: commemoribus (!) *K* ||  
 temptatio] ...tatio? *E* 15 videtur] *ETB*: mihi *add.* *VKG* || hoc] *ETVB*:  
*om.* *KG* 16 argumentationes] *ETVB*: arguendo *KG* 17 syllogizantes]  
*E<sup>ms</sup>TVBG*: syllogisticae *K*: sillate *E* 17-18 plurimi a syllogismis] *E*: plurimi  
 a syllogismo *TVG*: a syllogismo *B*: plurimi assimili modo (!) *K* 19 non solum]  
*E<sup>ms</sup>TVB*: *om.* *KG* || sophisticae] syllogisticae *E* 20 sed etiam] *ETV*: sed *B*:  
 et *K*: et etiam *G* || ad] *EVG*: *om.* *TBK* 21 positionem] *ETBG*: conclusionem  
*praem.* *V*: propositum *K*

13 Cf. Aristoteles, *De sophisticis elenchis*, 2, 165b7-8.

*Summulae, De fallaciis*

Et non oportet dicere quod istae sunt proprie dictae definitiones horum disputationum generum, sed sufficit quod sint assignationes quarundam proprietatum ipsarum.

7.1.5.  
(De meta)

Meta in disputatione sophistica est inconueniens ad quod opponens nititur ducere respondentem sine quod nititur concludere contra ipsum. 5

Haec quinta pars describit metam. Est autem meta proprie finis seu terminus viae vel campi vel patriae aut regionis aut huiusmodi. Transfertur autem hoc nomen 'meta' ad significandum finem quem sophista intendit contra respondentem. Sunt autem saepe respectu unius operationis plures et multi fines subordinati, prout declarat Aristoteles secundo *Physicorum*.<sup>14</sup> Finis ergo principaliter et ultimate intentus ab opponente sophista est gloria in videri esse sapientem, et huius gratia intendit videri devincere respondentem in disputatione. Quod fieri videtur ducendo ipsum ad inconueniens seu concludendo inconueniens contra ipsum. Et ita hic est finis propinquus quem intendit opponens sophista, scilicet ducere respondentem vi argumentationum suarum ad inconueniens manifestum. Propter quod hoc 15

7.1.5: *E* 79<sup>rb</sup>, *T* 60<sup>rb</sup>, *V* 76<sup>rb</sup>, *B* 73<sup>vb</sup>, *K* 122<sup>ra</sup>, *G* 57<sup>rb</sup>

1 horum] *ETKG*: harum *VB* 3 ipsarum] *TV*: om. *EG*: sequitur *B*: sequitur textus meta sophistica *K* 4 in disputatione] *TVB*: om. *EKG* 5 respondentem] *ETB*: suum *add. VKG* 7 est autem meta proprie] *ETVB*: dicens quod meta est *KG* 9 hoc nomen] *TV*: om. *EK*: hic *BG* || finem quem] *ETKG*: metam quam *V*: quam *B* 10 respondentem] *ETVKG*: opponentem *B* || saepe respectu unius] *EBG*: saepe respectu huius *T*: unius *V*: respectu unius *K* 11 Aristoteles] *ETVB*: Philosophus *KG* 13 huius gratia] *ETB*: huiusmodi gloria *VKG* || videri devincere] *EBG*: videri devicem *T*: devincere *V*: vincere *K* 14 quod fieri videtur] *ETVG*: quod vincere videtur *B*: quem fieri dicimus *K* 15 seu concludendo inconueniens contra ipsum] *VBKG*: hoc *E*: concludendo contra ipsum inconueniens *T* || ita hic] *TVB*: ita hoc *E*: hoc *K*: hic *G*

<sup>14</sup> Aristoteles, *Physica*, II, 8, 199a8–9.

7.1. De quibusdam communibus praemittendis

nomen 'meta' transfertur ad significandum in disputatione sophistica tale inconueniens, scilicet ad quod intendit opponens ducere respondentem; et hoc dicit definitio.

7.1.6.

⟨De numero metarum⟩

- 5 (1) Quinque sunt tales metae, scilicet: redargutio, falsum, inopinabile, soloecismus et nugatio. (2) Meta redargutionis est praecessi negatio vel praenegati concessio vi argumentationis et in eadem disputatione; (3) meta falsi est manifeste falsi concessio;
- 10 (4) meta inopinabilis est eius quod est contra communem doctorum vel aliquorum famosorum vel omnium vel plurium opinionem concessio; (5) meta soloecismi est orationis vitiosae contra regulas grammaticae concessio; (6) meta nugationis est superfluae locutionis concessio. (7) Et addere debes in cuiuslibet metae descriptione istam clausulam 'vi argumentationis'.
- 15 Ista sexta pars enumerat et describit quinque metas sophisticae disputationis in septem clausulis.  
(1) Prima clausula est enumeratio earum. Quae est manifesta.

7.1.6: *E* 79<sup>va</sup>, *T* 60<sup>rb</sup>, *V* 76<sup>rb</sup>, *B* 73<sup>vb</sup>, *K* 122<sup>ra</sup>, *G* 57<sup>rb</sup>

3 definitio] *ETG*: metae *add.* *V*: sequitur *add.* *BK* 5 quinque sunt tales metae]  
*ET*: quinque sunt metae *V*: sunt autem tales metae quinque *BKG* 8 manifeste]  
*ETVB*: intenti *K*: manifesti *G* 9 est eius quod est] *E*: est eius *T*: est illud quod  
est *V*: est eius quod *B*: quod est *KG* 9-10 communem doctorum vel aliquorum]  
*E*: communem alicuius doctoris vel aliquorum doctorum *T*: doctorum *add.* *V*:  
conclusionem doctorum vel aliquorum doctorum *B*: doctorum et aliorum doctorum  
*K*: doctores et aliquorum doctorum *G* 10-11 opinionem concessio] *ETG*:  
opinionum concessionem *V*: opinionum concessio *BK* 11 vitiosae] *ETVBG*:  
inconcessae *K* 13 et addere debes] *ETB*: et debet debes *V*: debet addi *KG*  
14 istam clausulam] *ET*: addere *praem.* *V*: istam particulam *B*: ista clausula *KG*  
15 sexta pars] *EBKG*: quinta pars *T*: est *add.* *V* 15-16 disputationis] *E<sup>ms</sup>VBKG*:  
descriptionis *E*: *om.* *T* 16 in] et habet *E* || clausulis] *VBKG*: clausulas *ET*  
17 clausula] *ETVB*: *om.* *KG*

*Summulae, De fallaciis*

(2) Secunda est descriptio metae redargutionis, quam primo et principaliter intendit sophista, eo quod ipsa est evidentissimum inconueniens, propter hoc quod concessio contradictoriorum est directe contra primum et firmissimum principium complexum. Apponitur autem in descriptione ‘vi argumentationis’, quia aliter nullum pretium vel gloria attribueretur opponenti, quod tamen principaliter intendit. Si ergo dicat respondens sponte: “Satis sustinui illam partem; volo nunc gratia disputationis tenere partem oppositam,” ipse non erit redargutus. Apponitur etiam ‘in eadem disputatione’, quia si aliqua dicta fuerunt alias, illa transierunt et non sunt de praesenti conflictu; et licet respondenti nunc ponere unam partem et post aliam, quia sic respondens sibi acquirit gloriam si de neutra parte opponens possit eum redarguere.

(3) Tertia clausula describit metam falsi et est descriptio manifesta. Non enim omnis falsi concessio est meta sophisticae disputationis; sunt enim multa falsa probabilia et a multis philosophis posita et opinata et talia ponere et concedere nullum est inconueniens respondenti. Sed inconueniens est et turpe respondenti, si vi argumentationis concedat<sup>15</sup> manifeste falsum aut etiam si concedat falsum cuius falsitatem opponens possit manifestare contra respondentem.

Differt autem meta falsi a meta redargutionis, quia, licet necesse sit cuiuslibet contradictionis alteram partem esse falsam, tamen possibile est

4 complexum] *om. E* 6 ergo] autem *E* || respondens sponte] *TVB*: sponte ipse respondens *E*: respondens opponenti *KG* 7 sustinui illam ... gratia disputationis] *ETVKG*: *om. B* || tenere partem] *T*: sustinere *EKG*: aliam partem sive *add. V*: sustineri *B* 8 erit] *TVK*: est *E*: et *B*: erat *G* || etiam] *TVB<sup>s</sup>KG*: enim *E*: autem *B* 9 transierunt] *ET*: transierunt *VB*: transeunt *KG* || sunt] *ETVBK*: sequitur *G* 10 licet] *EVBK*: non licitum est *add. E<sup>s</sup>*: libet *T* || ponere] *E<sup>c</sup>TVBG*: placuit *praem. sed exp. E*: poterit *K* || post] *ETB*: postea *VKG* 11 sibi acquirit] *ETVB*: non aquisivit sunt sibi *K*: non acquirit sibi *G* 11-12 opponens possit eum] *EV*: possit sibi *T*: opponens posset ipsum *B*: posset eum *KG* 15 et] *ETV*: *om. BKG* || talia] *ETV*: sic talia *B*: sic illa *KG* 16 nullum] *ETVKG*: *om. B* 18 aut etiam si concedat falsum] *TVB*: aut si concedat falsum *EG*: *om. K* 20 meta] *ETVBG*: materia *K* || meta] *ETVBG*: materia *K*

15 subscriptum *E* 79<sup>va</sup>: meta solet falsat argutat nugat opinat.

7.1. De quibusdam communibus praemittendis

quod neutra est manifeste falsa. Redargutus autem non concessit copulativam ex contradictoriis, quia manifeste falsum concessisset, sed seorsum concessit unam partem prius et aliam posterius; et si pars illa quam posterius concedit vi argumentationis sit manifeste falsa, tunc ductus est ad duplicem  
5 metam, scilicet falsi et redargutionis.

(4) Quarta clausula describit metam inopinabilis et est descriptio manifesta. Turpe enim est vi argumentationis concedere contra communes omnium aut plurium doctorum aut famosorum opiniones. Tamen respondens potest fugere ab hac meta dicendo quod illud concessum ab eo non  
10 est inopinabile, quia licet tales philosophi sint contrariae opinionis, tamen alii tales et tales sunt de illa opinione. Et si hoc non valeat dicere, reductus est ad metam, licet non sic inconvenientem sicut sunt aliae priores.

(5) Quinta clausula describit metam soloecismi, capiendo large 'soloecismum' pro omni locutione vitiosa secundum grammaticam. Unde sic in-  
15 currunt istam metam illi antiqui negantes multitudinem entium. De quibus narrat Aristoteles primo *Physicorum* quod quidam eorum, ne cogerentur dicere unum esse multa, auferebant a suis propositionibus 'est', scilicet non

1 neutra est manifeste] *EVB*: neutra est manifesta *T*: neutra pars sit manifeste *K*: neutra pars est manifeste *G* || non] *E<sup>s</sup>TVB*: om. *EKG* 2 ex contradictoriis quia] *EBG*: ex vi contradictoriis quia *T*: compositam ex contradictoriis quia *V*: om. *K* || concessisset] *ETV*: concessit *BG*: om. *K* 3-4 et si ... posterius concedit] *EB*: om. *T*: in pars quam posterius concedit *V*: si pars illa est posterius concessa *K*: si pars illa posterius concessa *G* 7-8 communes omnium ... famosorum opiniones] *V*: omnes famosorum doctorum opiniones *E*: communes opiniones omnium vel plurium doctorum famosorum *T*: communes omnium aut plurium aut doctorum famosorum opiniones *B*: dicta omnium vel plurium doctorum famosorum opiniones *K*: communes opiniones omnium et plurium aut doctorum famosorum *G* 8 tamen] *ETBKG*: unde *V* 9 illud concessum ab] *EVBKG*: hoc concesserit ex *T* 11 si] *ETKBG*: om. *V* 12 sic inconvenientem] *ETVG*: sit ita inconvenies *B*: ad tam inconvenientem *K* || sunt aliae] *ET*: aliae *VB*: sunt alii *KG* 14 locutione vitiosa] *EVKG*: constructione vitiosa constructione *T*: oratione vitiosa *B* || grammaticam] *ETV*: grammaticum *BKG* 15 metam illi] *VB*: illi *EKG*: metam *T* 16 Aristoteles] *EVKG*: Philosophus *T*: om. *B* || eorum] *EVBKG*: negativi *add. T* 17 dicere unum esse] *EBKG*: dicere unum fore *T*: unum dicere multum esse *V* || auferebant] *ETG*: differebant afferebant *V*: auferebat *B*: afferebant *K* || propositionibus] *EBKG*: si *add. T*: sic *add. V* || scilicet] *EVB*: om. *TKG*

*Summulae, De fallaciis*

dicentes ‘homo est albus’, sed ‘homo albus’; alii mutabant locutionem non dicentes ‘homo est albus’, sed ‘homo albatur’.<sup>16</sup>

(6) Sexta clausula describit metam nugationis per ‘superfluitatem locutionis’, scilicet si perfectae orationi vel propositioni aliquid inutiliter apponatur. Est manifestissima nugatio quam intendit sophista, si eadem dictio vel oratio inutiliter repetatur, ut ‘homo homo currit’, vel ‘Socrates habet nasum nasum curvum’. Si autem ex aliqua rationabili causa idem repetatur, non erit superfluitas nec inutilitas et per consequens non erit nugatio, ut si ad laudis augmentationem dicimus ‘Deus, Deus meus’, vel ad augmentationem vituperii, ut ‘latro! latro!’

(7) Ultima clausula notat quod nullum praedictorum inconvenientium dicitur meta in disputatione sophistica nisi concedatur vel concedi videatur vi argumentationis opponentis, quia aliter opponens nullam gloriam inde consequeretur. Venit autem opponens ad finem intentum, sive hoc a respondente concedatur, sive concedi videatur, sive etiam ab opponente

1 albus] *ETVBG*: asinus (!) *K* || sed homo albus] *EVB*: *om.* *T*: sed dicentes homo albus *KG* 2 est] *ETVBG*: *om.* *K* || albatur] *TVKG*: etc. *add.* *E*: albus *praem.* *B* 3 nugationis] *ETBKG*: redargutionis *V* 4-5 perfectae orationi ... inutiliter apponatur] *G*: pro alicui propositioni perfectae vel orationi aliquid inutiliter apponatur *E*: perfectae orationi aliquid inutiliter apponatur *T*: perfectae orationi vel dictioni inutiliter apponatur vel addatur *V*: perfectae orationi vel propositioni aliquid inutiliter adducitur vel apponatur *B*: perfectae oppositioni vel propositioni aliquid inutiliter apponeretur *K* 5 est manifestissima nugatio quam] *E*: et est manifestissima nugatio et quam magis *TVB*: est manifesta quam magis *KG* 5-6 si eadem ... inutiliter repetatur] *ETVB*: sed aliqua utiliter reputantur *K*: si aliqua inutiliter repetantur *G* 7 nasum curvum] *EBKG*: solum etc. *T*: vel Socrates habet nasum nasum aquilum *add.* *V* || idem] *EBKG*: *om.* *T*: illud *V* 8 erit] *ETKG*: est *VB* || nec] *ET<sup>s</sup>KG*: neque *VB*: sed *T* 9 Deus meus vel ad] *TB*: Deus vel ad *E*: Deus meus ad te de luce vigilo circa vel etiam ad *V*: Deus vel *KG* 10 vituperii] desiderii *E* || latro] *TVKG*: o *praem.* *EB* 13 opponentis] *ETVBG*: opposita oppositis *K* || aliter opponens nullam gloriam] *ETVBG*: argumentum oppositis *K* 14 consequeretur] *ETVBG*: sequitur *K* || sive hoc] *EKG*: si *T*: haec *V*: hac *B* 15 concedatur sive concedi videatur] *EK*: haec concedantur sive concedi videantur *T*: concedantur *V*: concedantur sive concedi videantur *B*: concedatur quando concedi videatur *G*

16 Aristoteles, *Physica*, I, 2, 185b25-32.



7.1. De quibusdam communibus praemittendis

contra respondentem hoc concludatur vel concludi videatur et quod a respondente non solvatur aut vere aut apparenter.

7.1.7.

⟨De fallacia⟩

(1) Fallacia, prout hic de fallaciis intendimus, est deceptio imperiti  
artis sophisticae per argumentationem sophisticam. (2) Et ideo  
5 cuiuslibet fallaciae assignandae sunt causae apparentiae et causae  
defectus.

(1) Ista septima pars in prima eius clausula describit fallaciam, prout de fallaciis spectat ad disputationem sophisticam, quae est pars artis dialecticae. Et est definitio causalis huius nominis ‘fallacia’ significantis quendam actum  
10 per nomina significantia causas eius proprias materialem et agentem.

Ponitur autem in hac definitione ‘deceptio’ tamquam genus fallaciae; sicut enim fallere est decipere et falli est decipi, sic fallacia est deceptio (per locum a coniugatis), et sicut est idem actus moventis et mobilis, qui dicitur ‘motus’, ita est idem actus fallentis et fallibilis, qui dicitur ‘fallacia’.  
15 Sicut ergo motus describitur quod est actus mobilis secundum quod mobile et motivi secundum quod motivum, et quod in speciali descendendo, alteratio est actus alterabilis secundum quod alterabile et alterativi secundum

7.1.7: E 79<sup>vb</sup>, T 60<sup>va</sup>, V 76<sup>vb</sup>, B 74<sup>va</sup>, K 122<sup>va</sup>, G 57<sup>vb</sup>

1 hoc concludatur vel EKG: haec concludantur vel TV: licet concludantur plus B  
|| videatur] EKG: videantur TVB || quod] ETB: haec add. V: hoc add. KG  
2 non solvatur] E: non solvantur TV: solvantur B: non solvitur KG 3 prout]  
TVKG: est ut E: autem est prout B || de fallaciis intendimus est] TVG: de  
fallacia intendimus E: intenditur B: sumuntur est K 4 artis sophisticae] EV:  
arte sophisticae T: in arte sophistica BKG 5 causae] EBKG: causa TV ||  
causae] EBKG: causa TV 8 ad] ETB: propositum scilicet ad add. V: propositum  
vel ad add. KG 9 quendam] om. E 10 significantia] ETVBG: scientia  
(!) K || proprias materialem et agentem] EBG: proprias scilicet materialem et  
efficientem T: propriam proprias materialem et agentem V: proprias et materialem  
agentem K 11 definitione] EV: descriptione TBKG 12 et] EVBKG: ita T ||  
sic fallacia] E: ita et fallacia vel fallitio T: ita et fallacia seu fallatio V: sic fallacia  
seu fallitio BG: sicut fallacia est sine falso K 16 et] ETVB: vel KG || et quod]  
EVB: et TG: om. K 17 est] ETVB: erit KG

*Summulae, De fallaciis*

quod alterativum, prout determinatum est in tertio *Physicorum*,<sup>17</sup> ita fallacia describitur quod est actus fallibilis secundum quod fallibile et fallaciis secundum quod fallax, quo actu fallax fallit et fallibile fallitur. Et dictum est quod iste actus est deceptio, qua hoc decipit et illud decipitur.

Sed iterum, ut ad notius deveniatur, oportet videre quid appropriate et secundum quod ipsum dicitur fallacia, fallibile et quid fallax. De quo manifestum est quod non homo secundum quod homo dicitur fallibilis, quia peritus in arte sophistica non est fallibilis huiusmodi fallaciis, sed sic est fallibilis secundum quod imperitus, non indifferenter secundum quod uniuscuiusque artis vel scientiae imperitus, sed secundum quod imperitus artis sophisticae. Ergo in hac definitione causali quantum ad materiam vel subiectum proprie dicitur, et bene, quod fallacia est deceptio imperiti artis sophisticae; et hoc notat Aristoteles, dicens: “Videtur autem propter imperitiam.”<sup>18</sup> Similiter etiam nec homo fallit istis fallaciis in quantum homo, immo etiam nec in quantum sophista, scilicet habens artem sophisticam, licet talis melius sciat fallere et possit quam non habens; dicit enim Aristoteles: “Et verum est his fallaciis aliquando artifices et scientes falli ab insciis.”<sup>19</sup> Sed homo fallit aut alium aut se ipsum imperitum secundum quod habens vel faciens ar-

1 determinatum est in] *EG*: determinatum est *TK*: declaratum est *V*: determinabitur *B* || ita] *EVBG*: ergo *T*: ista *K* 2 fallaciis] *ET*: fallentis *add.* *V*: fallentis *BKG* 3 fallax] *ETVBK*: fallibile *G* || quo actu] *ETVG*: coacta *B*: quo *K* 5 ut] prout *E* || deveniatur] deveniam *E* 6 fallacia fallibile et quid] *ETVB*: fallibile vel *KG* 7 non] *ETVKG*: *om.* *B* || homo] *ETBKG*: peritus *add.* *V* 9 imperitus non indifferenter] *EVBG*: indifferenter nec *T*: imperitus secundum quod non indifferenter *K* || quod uniuscuiusque] quod unicuiusque *E* 10 imperitus sed ... artis sophisticae] *TB*: dicitur *praem.* *E*: imperitus sed quod imperitus artis sophisticae *V*: imperitus secundum quod in arte sophistica quod imperitus *K*: imperitus sed secundum imperitus in arte sophistica *G* 11-12 proprie dicitur et bene] *E*: proprium dicit bene *T*: proprium dicitur bene *V*: proprium dicitur esse verum *B*: proprie et bene dicitur *KG* 12 artis sophisticae] *ETVB*: in arte sophistica *KG* 13-14 similiter etiam nec] *TVBG*: nec etiam *E*: similiter econtra nec *K* 14 immo etiam] *VBG*: immo et *E*: etiam *T*: immo econtrariis *K* 15 scilicet habens artem] *ETKG*: scilicet habens *V*: habens talem artem *B* 16 et] *ETB*: etiam *V*: econverso *add.* *K*: etiam *add.* *G* 18 aut alium aut se ipsum] *EVBG*: alium aut ipsum *T*: aliquem aut se ipsum *K*

17 Aristoteles, *Physica*, III, 3, 202b23-29.

18 Aristoteles, *De sophisticis elenchis*, I, 164b26.

19 Aristoteles, *De sophisticis elenchis*, 6, 168b6-7.

7.1. De quibusdam communibus praemittendis

gumentationem sophisticam. Ideo in hac definitione quantum ad propriam causam efficientem bene dicitur ‘per argumentationem sophisticam.’

Alii autem concedunt hanc esse bonam descriptionem fallitionis, sed ponunt differentiam inter haec nomina ‘fallitio’ et ‘fallacia’. Ideo describunt  
5 fallaciam quod est ‘habilitas, seu idoneitas, decipiendi.’ Et hanc opinionem non improbo, quia nomina significant ad placitum et non oportet disputare de quid nominis. Si enim capiant li ‘decipiendi’ active, propria habilitas decipiendi est ipsa argumentatio sophistica, vel eius apparentia et defectus, quae iterum non sunt nisi ipsa argumentatio sophistica; ideo sic fallacia  
10 non esset aliud quam argumentatio sophistica, de qua ante dictum est. Et si capiant ‘decipiendi’ passive, tunc habilitas decipiendi est imperitia, quae est ipsemet imperitus.

(2) Secunda autem clausula huius partis infert corollarium manifestum, quia dictum est prius quod elenchus sophisticus, vel argumentatio  
15 sophistica, per quam fit fallacia, habet apparentiam et defectum.

1 sophisticam ideo] *E*: sophisticam et per eam ideo *T*: sophisticam per eam ergo *V*:  
sophisticam et per eam igitur *B*: per eum ideo *K*: sophisticam per eum ideo *G*  
3 fallitionis] *EVB*: fallaciae *praem. sed del. T*: huius nominis fallaciae *K*: huius  
nominis fallitionis *G* 4 fallitio] *ETVBG*: fallibile *K* 5 quod] *EVKG*: sic *T*: sic  
*praem. B* || seu idoneitas] *VKBG*: *om. E*: seu identitas *T* 6 et] *ETVB*: ideo *KG*  
7 li decipiendi] *E<sup>mg</sup>T*: modum *del. E*: decipiendi *VBKG* 7–8 active propria  
habilitas decipiendi] *ETVBG*: artem ut *K* 7 habilitas] *E<sup>s</sup>VBG*: abilitas *ET*:  
*alia K* 8–10 vel eius ... dictum est] *EVBKG*: *om. T* 8 et] *VBKG*: est *E*: *def. T*  
9 nisi] *EBG*: *def. T*: aliud nisi *V*: nec *K* 9–10 argumentatio sophistica ... aliud  
quam] *EVBG*: *def. T*: *om. K* 11 capiant] modum *add. E* || habilitas decipiendi]  
*TBKG*: habilitas *E*: etiam *add. V* 14 prius] primo *E* 15 per quam fit] *TVB*:  
est per quam *EG*: est per quam est *K*